

Quisdam clarissimi viri ex ordine minorum in epistolas
Hieronymi expositio feliciter incipit.

Frater Ambrosius etc.

Ad evidentiam huius epistole
qua scribit hieronymus ad
paulinum presbyterum: quod eleganter
fuit ingenium: sicut patet in ista
epistola ad eundem quod renuere vo-
les seculo cuiusdam sororis
sue tenebat vinculo: ne gra-
dum incederet expedito. hic p-

ambrosium monachum scripsit hieronymo significans ei desi-
derium quod haberet intelligere sacras scripturas: et a seculi vi-
culis erudi: et quiescere: et sine doctore posset hanc sacra-
rum intelligentiam scripturarum: addidit etiam quod ut eas posset ad-
discere: multum desiderabat cum beato hieronymo conversari.
Cui rescribit beatus hieronymus dicens. Frater ambro-
sius etc. Ista epistola dividitur in tres partes. scilicet in preambula-
tione: et conclusionem. In preambulatione benivolentia ca-
petur. In narratione intentione explicatur. In conclusione apo-
stoli ipsius non plangendum determinatur. Prima pars incipit
Frater ambrosius etc. Secunda pars. Legimus etc. Tercia pars. Festina quod
capitulum aut benivolentia commendat eum de missione mune-
ri: de fidelitate amicitiarum: de timore dei: et diuinarum studio
lazar. Partes per se patet in ista. Secunda pars in qua intentionem
explicat recipit partium subdivisionem. Primo ei intendit eum
inducere ut sibi sacre scripture doctorem querat. Et facit
duplex. Primo enim monet ad aliorum imitationem. Secundo est
dicit consequenter utilitatem: et post apponit gentiles philosophos ad imi-
tandum ibi. Legimus etc. Secundo apponit paulum catholicum
ibi. Quid loquar. Tercio utilitatem que consequitur ex audi-
endo doctorem ostendit ibi. Habet nescio quid etc. et infra. iij. c.
Paulus apostolus etc. ubi dicit quod paulus multum profecit ex do-
ctrina samuelis. Secundo arrogantiam euitat ibi. Nec hoc
dico. ubi et paulini ardore ad studium et humilitatem ad p-
ficiendum commendat. Quia vero sacerdos erat. cuius ele-
gem intelligere: alijs p-ferre: et alios docere: ideo tercio tri-
plici statu sciam sacre scripture esse necessariam. pbat. et de-
fectum ipsius esse damnosum. Et primo ostendit sciam esse ne-
cessariam in statu platonis: ibi. Abimot beatus etc. qui fuit episcopus
Secundo in statu sacerdotalis dignitatis ibi. Malachias p-
pheta. Tercio in statu officii predicationis: ibi. Cui paulus
apostolus etc. et conuerso aut defectum b- scie in quolibet statu. p-
bat esse damnosum ibi. Sancta quippe rusticitas. ubi do-
ctus iusticia ostendit simplici potiorum. Quia vero paulus
secularibus erat lris eruditus: ne crederet quod se posset sa-
cre scriptura intelligere: ostendit quarto ostendit quod non posset
nisi diuina gratia reuelante. gra enim reuelat mysteria ad quod
rum cognitionem non puenit scia secularis. Sic reuelata
fuit christo secundum humanitatem: unde dicit pharisei stupent. Sic re-
uelata fuit discipulis. unde dicit mirantur in petro et iohanne
Sic p-bris et p-archis: sicut patet in ista. Sed ad hoc notitia
non puenit scia secularis: unde dicit. Hoc doctus plato etc. Et
subdit quod conclusio b- p-bris cum dicit. Lex enim spiritualis est. i. spi-
ritualiter intelligenda: unde reuelatio opus est. Quinto ostendit
dicit sacra scriptura sine doctore non posse intelligi: propter sui
difficultatem ibi. Liber in apocalypsi. Et ostendit ista pars
vsque versus finem septimi capituli ibi. Oro te frater etc. Et
primo ostendit difficultatem istam particulariter. Secundo gene-
raliter in principio septimi ca. ibi. Videlicet etc. Et primo
ostendit ista difficultatem absolute. cum dicit. Liber in apoca-
lypsi. Secundo in copatione ad alias scias: ibi. Taceo de gra-
maticis. ubi arguit per locum a maiori: quod si aliarum scientiarum
quod minus difficiles sunt. sine doctore non possit haberi no-
ticia: multo magis non potest intelligi sacra scriptura: quod ma-
gis est difficilis et quod aliarum omnium complexura. Quod autem alie scie-

tie non possint sciri sine doctore ostendit: et primo exempli-
ficat de liberalibus ibi. Taceo de grammaticis. Secundo de me-
chanicis ibi. Ad minores artes etc. In fine ostendit in-
torum presumptionem qui volunt docere scripturam
cuius nunquam habuerunt notitiam ibi. Sola scriptura ar-
et hoc doctrina arguit multipliciter: tum quod inepta est ibi.
Hanc garrula anus. tum quod supbia ibi. Alii abducto etc.
tum quod probosa ibi. Alii discunt pro pudor a feis. tum quod er-
ronea ibi. Taceo de meis filijs. tum quod ridiculosa ibi. Du-
erilia sunt hec etc. Secunda pars in qua ostendit difficultatem
sacre scripture. dividitur in tres partes. In prima ostendit
veteris testi difficultatem per singulos libros discurrendo.
In secunda ostendit affectum suum ad sacra scriptura: humili-
liter ignorantiam suam confitendo. In tercia inuit difficult-
tatem librorum noui testam. eos breuiter perstringendo. Pri-
ma pars incipit ibi. Videlicet manifestissima est gene-
sis. Secunda ibi. cernis me etc. Tercia ibi tangit et nouum
etc. Donit aut quasi conclusionem istius partis ibi. Oro te
etc. ubi dicit quod hanc ita difficultem: tum meditantem et contemplan-
ti est utilis et suauis: unde subdit. Nonne videtur tibi
etc. Monet etiam ne contemnat sacra scripturam. propter
verborum rudimentum. Cuius assignat multiplicem rationem. li-
tera plana est. Sexto humiliter se excusat: quod quia sciens
magisterium non affectat sed quasi socius collaboratur
alliciat ut veniat. Primum tangit ibi. Non sum tam petu-
lans etc. Secundum ibi. magisterium renuens etc. Multa
autem ponit alliciativa. primum est status equalitas ibi. Co-
mitem spondeo. Secundum est perficiendi facultas ibi. Ne
terti dicit etc. Tercium est sacre scripture dignitas: ibi
Dicamus in terris. Quartum est receptum confortis
vbanitas ibi. Obuijs me manibus etc. Quintum est co-
operandi voluntas ibi. Et ne inepte etc. Sextus est ami-
cabilis societas ibi. Hec hic amantissimi tui etc. Tercia
pars principalis. scilicet conclusio incipit ibi. Festina que-
so etc. In qua hortatur paulinum ut cito exeat de seculo
et inuitat ad duo. scilicet ad vitanda multa pericula. et ad
abicienda mundi retinacula. Primum notat sub me-
taphora nauicula: cui circumquaque imminet pericula:
unde dicit. Et berenti in salo nauicula etc. Secundum nota-
tur ibi. Nemo renunciaturus etc. Et aut duplex mun-
di retinaculum quod retardat seculo renunciaturus. Pri-
mus est amor pecunie. Secundum timor penurie. Timor
pecunie consideratur in tribus. In venditionis rerum
retardante sollicitudine. In contentiosa repetitione.
In alienandi voluntate. Retardantem vendendi solli-
citudinem excludit cum dicit. Nemo potest vendere etc.
Et ne paulinus obtenderet oportere se esse sollicitum
contra venditionem rerum propter suam necessitatem:
vel propter aliorum utilitatem vtriusque excludit. Quod non propter
necessitatem oportet hoc facere ostendit ibi. Quicquid
retuo. Quod non propter aliorum utilitatem ostendit:
ibi. Misi tu semper recastinans etc. Et quia deus magis
querit nos quam nostra: subiungit. Totum domino dedit
et hoc ad probandum inducit apostolos: videlicet et cre-
sum. Unde dicit. Apostoli etc. Contentiosam repetitio-
nem excludit ibi. Tollite tunicam etc. et est superius dicitur
Mathei. v. Alienandi voluntatem excludit ibi. Si habes
in potestate rem tuam vende. id est voluntarie dimitte:
vel aliena dato. Nec est contrarium quod prius dicitur:
Nemo potest bene vendere quod ibi prohibetur vendi-
tio retardans et impediens hic vero conceditur vendi-
tio indilata et expedita. Secundum retinaculum est
timor penurie. sicut habetur hic de auaro quod ei deest tam-
quam habet quod non habet. Timent autem renunciare
seculo tripliciter. timent ei penuriam opum: penuriam
victualium: penuriam vestimentorum. Ista autem triplicem
penuriam excludit per triplicem voluntariam paupertatem
sufficientiam. Primum excludit ibi. Credenti: supple diui-
nis comilibus totus mundus diuitiarum est. et infra tam-
quam nihil habentes et omnia possidentes. Item quod secunda
et scia timeri non debeant ostendit: cum dicit. Vicitur atque vestitus